SJquis longobardus qualécunqꝫ rem poſſederit: & cuſtodes locorū venerabilium de ipſis rebus cū moleſtauerint: & ipſe poſſeſſionem ſuam per xxx: annos conſignauerit: & eius claruerit poſſeſſio poſſideat & in antea: ſimiliter & venerabilia loca faciant de rebus quas ipſa poſſident ſi a longobardis fuerint pulſata: qa anterius edictuꝫ ꝯtinet de quinqꝫ annorum poſſeſſione: vt qui poſſederit per qnqꝫ annos in facie eius qui pulſauerit ipſe ſ͞m legeꝫ defendat ſe: & loca venerabilia ✠ inter ſe de rebus qbuſlibet per. xl. annorum poſſeſſiōeꝫ excludāt [a]. ideo iuſtum diximus: vt qui per xxx. annos poſſederit poſſideat & in antea.

¶Siquis excludantur. No. ꝙ ordo eccleſiarū viuit iure Ro. & non Longo. ſed quare excluditur hic preſcriptio. xxx. anno. a Longobardis poſſidentibus? reſpon. l. iſta reducit ad memoriā preſcriptionem .v. an. q. d. anterius edictū cōtinet de preſcrip. quaꝫ contra eccleſiam nolumus valere: ſꝫ extendim⁹ eam vſqꝫ ad annos xxx. & ſic videt ꝙ fauor eccleſie ſit. ſꝫ lex iſta q̄ non debꝫ ad ei⁹ leſionē retorqueri l. qd fauore. C. de legi. & C. de fide inſtrumē. l. plures. Utetur eccleſia quo iure voluerit: vtrum iure Roma. aut Longo. vel dic ꝙ hic cauetur eccleſiaꝫ preſcribere ſpatio xxx. ann. quod videtur ſtare nō poſſe: qꝛ eccleſia viuit iure Romano: vt infra de epiſcopis & clericis. lege vt omnis ordo. & iure Ro. q̄draginta annis preſcribit/ & preſcribitur auc. quas actiones. C. de ſacro ſanctis eccleſijs. An ergo preſcrip. xxx. ann. competat actori Longo. cum. xl. anni non ſint completi? Reſpon. vtiqꝫ/ ſed hic nō defenditur eccleſia iure ſuo/ ſed ſe ab actione Longobardi defendit: & ſic nō ob ſuū fauorem/ ſed ob Longobardi iniuriaꝫ: nam qui paſſus ē ſe vendi ad precium participandum emptori ſcienti/ venditus ad libertatē proclamat/ ob emptoris iniuriam tantum lege liberis. §. ſi quis ſciens. ff. de liberali cauſa. & qui libertum eximit in ius vocantem/ non punitur edicto/ & hoc ob liberti iniuriam/ non ſui fauore. lege ſecunda. ff. ne quis eum qui. & ſi rem alienaꝫ quis ſciens emerit/ ſi euincatur/ aget de euictione emptor ob emptoris iniuriam tantum lege ſiquis fundum. C. de euictionibus. Sic ergo licet dominium non acquirat eccleſia/ tamen quia Longobardi actionem amittūt ſpatio

✠ No. loca venerabilia inter ſe. xl. annorū preſcrip. tātuꝫ excludi. c. de quarta de pſcri. & auc. quas acti. C. de ſac. ſan. ec. & que dixi in. §. j. ꝺ pſcri. lſ. ꝯſuebitudinis.

triginta annoꝝ/ideo eccleſia ſe
tuetur:quia ſine actione nemo
experitur.l.quotiens.ff.de ad/
mi.tuto:⁊ de nego.geſt.l.ſi pu/
pilli.§.ſed ſi. Sed opp.nam nō
videtur ammiſſum quod alte/
ri eſt acquiſitum:vt.ff.ex quib.
cau.maio.l.nec.ſol.preſcriptio
xxx.annorum non eſt inuenta
ad dominium acquirēdum/ſed
ad exceptionem parandam:ec/
cleſia ergo opponit exceptioneꝫ
longobardo agenti/⁊ ſi domi/
nium non acquiſierit:⁊ lꝫ actio
non tollatur ipſo iure in preſcri
ptione.xxx.annorum/qꝛ tem/
pus non eſt modus tollende
actionis ipſo iure/tamen actio
efficitur inutilis longobardo/
qui vult agere preſcriptione
xxx.annorum:nam quo ad ef/
fectum nil intereſt/vtrum nul/
lam habeat actioneꝫ/an talem
que per exceptionem tollatur.
l.j.ff.de do.hoc procedit vt lon/
gobardus agens contra eccle/
ſiam repellatur/ſed ſi eccleſia
velit agere contra longobar/
dum/videtur ꝙ non ſit repel/
lenda:vt in prima.q.not.ad fa
uorem eccleſie.l.iſta fuit inuen
ta:ſi ipſo noluerit vti hoc fauo/
re/poterit cum effectu agere/
cum rex non potuerit leges cō
tra eccleſias condere/que non
ſunt ſue iuriſditioni ſubdite.
Sed reſpondeo/qꝛ ſingulari/
ter cuilibet permiſſum eſt ſuo
iure ſe defendere:ſed longo/
bardus itaqꝫ ſuo iure ſe defen/
dit vtendo preſcriptione.xxx.
annorum/vt in ſimili. Juſtitia
eſt cō.⁊ perpe.vol.ec. Jtem iu/
ris precepta ſunt honeſte viue/
re ⁊c.cum ergo ius ſuum cuili/
bet tribuatur/poteſt longobar
dus iure ſuo vti contra roma/
num/vel contra longobardum
vtentem iure romano:vt ſi cle
ricus conuentus coram iudi/
ce ciuili/de crim ne ciuili debet
iudex ei ſeruare priuilegia:vt
C.de epiſco.⁊ cleri.auct.cleri/
cus in lite.⁊ arg.eius quo vti/
mur hodie:vt ſi romanus pro/
ducat teſtes contra francos/lꝫ
iure romano obtinere deberet
romanus/qꝛ atteſtationibus
teſtium ſtari debet/francus ta/
men iure ſuo vtetur/⁊ obijciet
pugnam contra teſtes/ſi volue/
rit:cuilibet enim ſe defendere
ſua lex permittit/lꝫ ſit contra
ius actoris:nam ſi romanus ⁊
longobardus pactum faciant/
longobardo quidem orit actio
iure longobardo:quia ſtantia
que fit inter liberos homines/
ſtare debet:⁊ tamen ſi roma/
nus ex hac ſtantia conueniatur
vtetur iure ſuo/quo non oritur
actio ex nudo pacto. Jtem ro/
manus poteſt producere teſtes
iure ſuo/exceptis mulieribus
de adulterio condemnatis.l.
ex eo.ff.de teſti.verum longo/
bardus ſe tuetur iure ſuo/quo
mulier ad teſtimonium non ad
mittitur. Ex his colligitur ꝙ lō
gobardus tuetur ſe preſcriptio
ne.xxx.annorum contra eccle/
ſiam. Aliū dicunt huic.l.locum
non eſſe/⁊ interpretationem
Aſtulphi/per quam dixit/quia
loca venerabilia inter ſe pre/
ſcribunt annis quadraginta/
non eſſe veram/quia non tm̄
vna eccleſia contra aliam ha/
bet actionem vſqꝫ ad quadra/
ginta annos/ſed etiam contra
quemlibet romanum.aucten.
quas actiones.C.de ſacroſan/
ctis eccleſijs.⁊ in hac opinio/
ne procliuior ſum/quo ad hoc
vt eccleſia non excludatur pre
ſcriptione triginta annorum.

Idem. lex.xij. Si quicunq3 homo pro bonitate ſua introierit in ſeruitium iudicis: aut alicuius hois: ⁊ deſeruierit ei: vel filijs: vel nepotibus eius: ⁊ claruerit veritas q parētes eius omnes liberi fuiſſēt: ⁊ poſtea in ſeruitium detinere voluerit dicendo q per.xxx. annos ei vel parentibus eius ſeruiuiſſet: nō poſſit eum per ipſam poſſeſſionē tenere: q2 impoſſibile [a] eſt: ⁊ contra dei preceptū omnes eius parētes liberi ſunt: ⁊ ipſe ſolus qui voluntarie ſeruiuit in ſeruitium detineatur pro ſola poſſeſſione: nam ſi p furto: aut alia malitia ſicut edictum continet ad ſeruiendū in manus datus fuerit ⁊ probatum fuerit: deſeruiat ſicut ⁊ in antea: ſi vo eius parētes ſerui fuerunt ⁊ ipſe ſolus ad libertatem tendere voluerit: ſi ipſe libertatem ſuam idoneare per chartā aut per homines liberos: vel per poſſeſſionem iuſtam non potuerit: deſeruiat ⁊ in antea.

Imperator Ludouicus lex.xiij. Placuit [b] nobis de liberis: vel illis hominibus qui ſe per.xxx. annos liberos eſſe dicūt vt per hanc poſſeſſionē liberi nō ſint: niſi de ingenuo patre [c]: aut matre [d] nati ſint: aut chartam [e] libertatis oſtēdāt.

Imperator Lotharius.lex.xiiij. Ut p.xxx. annos ſeruus liber fieri nō

a ¶ Si qſ/ cūq3. impoſſibile. ꝟ.ſ.eo.l.iij. vbi poſt preſcrip.xxx. an. remanet in ſeruitio. ſol. ibi/ quando nulla preſumptio eſt ꝓ libertate/ ſed ſuus volebat ſ ponere ei pugnam q ſe dñm dicebat: hic autē erat preſumptio/ q2 parentes eius liberi fuerunt: dz ergo ꝓbare quare ſeru9 ſit/ nec dz ꝑ ſola poſſeſſione i ſeruitute retineri: q2 in preſcriptione.xxx.an. nō conſideratur ti. ꝟ libertatem tamē: deſideratur.

b ¶ Placuit. Nō ſat. ꝟ.ſ. de liberis fol. et ibi. Item ꝟ.ſ. eo.l.xxi. fol. ibi/ concurrebat poſſeſſio ⁊ preſumptio parētū/ hic ſola poſſeſſio.

c ¶ Patre. Ex hoc ſolo nō preſumitur liber/ cū liber imitatur ſtatū matris/ nō patris.

d ¶ Matris. Solū hoc ſibi ſuffeciſſet abſq3 poſſeſſione i.xxx.an. ſz ideo dicit q2 incertum erat ⁊ natū fuiſſe de ingenua.

e ¶ Chartā. que ſola ꝓdeſſz abſq3 alia poſſ. ſed forte dicebat a nō dño eſſe chartā factā/ nō ſola nō ꝓderat/ ſz cū poſ. cū q̄ ꝓſumit ꝓdeſſe.

poſſit pater illius ſeruus: ⁊ mater ancilla fuerit: ſimiliter ⁊ de aldionibus.

De euictionibus. Tit. xxxv.

Rex Rothar. Lex Prima.

Si quis comparauerit ancillā: ⁊ poſtea venerit alter certus homo qui eā ſuam dicat eſſe reuertantur [a] pariter ad auctorem: tunc auctor ſi vendicare [b] nō potuerit: prebeat [c] ſacramentum ꝙ conſcius nō ſit fraudis nec colludiū feciſſet: ⁊ red/

a ¶ Siquis. reuertant. Hic no. ꝙ autor debet laudari ante litem conteſta. qđ no. ſ. de reb. inter. Jure aūt Ro. vſq; ad ſententiam. l. ſi rem quā. §. ſi. ff. de euictio. Item iu. Rom. autor laud. non tranſfert in ſe iudiciuʒ. d. l. ſi rē. ſecus iure Lon. vt hic: ⁊ ſ. de reb. intercia. Quid ſi autor laud. negauerit ſe vendidiſſe/ vel aliam cauſam allegauerit quare laudari non debeat: vel econtra/ aſſerit eum eſſe laudanduʒ/ nunquid iudicium actoris differatur/ de nec finiatur iudicium inter autorem lau. ⁊ emptorē? Reſpō. vtiq;: nam cum emptor ſe defendat laudando autorē conſtare debet ꝑus de iuribus ſue defenſionis/ vt appareat/ an debeat actor transferre iudicium in autorem lau. nam reus ſiue peremptoriam/ ſiue dilatoriaʒ opponat excep. de iuribus exceptionis primo querendū eſt: vt. C. de excep. l. ſiquidem. Itē queritur vtrum emptor poſſit laudare fideiuſſorē venditoris/ vt in eum trāſferatur iudiciuʒ? reſpō. vtiq; : q: qui ſimpliciter fideiuſſit: in omnieʒ cām fideiuſſiſſe videtur. l. quero. j. reſpon. B. loca. c. l. ſiquis pro eo. §. nue

mis. ff. de fideiuſ. cum ſi. arg. in contra. ff. iudi. ſol. l. iam. §. in hac. vbi qui fideiuſſerunt in illa ſtipulatione/ non tenetur defendere liceat defenſionē contineat: vt d. ti. iud. ſol. Sed nūqd cogitur reus ire ad autorē q longe diſtat/ ⁊ ſe dnm dicit? Rn̄. ad actorem pertinere rē quā petit nominare/ ⁊ ſigna dicere/ vt veriſimile videatur ad eum pertinere: vt in actionem ad exhibē. dicitur.

b ¶ Vendicare. i. defendere: nā cum autor laudetur/ ad eū pertinet defenſio in iudicio/ coraʒ iudice/ non corām arbitro: cuʒ res nō intelligatur euicta/ niſi per iudicium. l. ſi demum. §. ſi compromiſſo. ff. eod. vnde ſi huiuſmodi cauſa compromittatur/ arbitri ſententia non nocebit actori contra autorē lau. ⁊ no. j. quali. quis ſe defen. debet. l. de furto.

c ¶ Prebeat. Si reo placuerit ꝙ ſi noluerit de colludio iurare/ condemnabitur in duplum vt. ſ. de ꝑiu. ſer. l. ij. Colludiuʒ aūt fieri poteſt dum vēditor dicat alicui/ ꝯuenias talē qui poſſidet ancillā/ ⁊ ipſe laudabit me in autorē/ ⁊ ego me euincī patiar/ ⁊ poſt contingere colludiū

dat[a] preciũ tantum quantũ in illa die tulit: quã do eam tradidit: & accipiat ancillam ipſam: & proprio domino tradat: & ſi ancilla ipſa apud emptores filios fecerit: tunc ille qui eam prius vendidit: & vendicare non potuerit quanticunqꝫ ſint filij ipſius per ſuum diſpendium comparet: & proprio domino reddat: quatenus filij matrem[b] ſequãtur: & ſi auctor mortuus fuerit ſine heredibus legitimis: & facultas ipſius auctoris

a principe: & etiam in iudicium emergere. Unde queritur vtrũ ſnia per colluſionẽ data contra autorem lau. noceat emptori? dico emptorem poſſe opponere exceptionem doli mali ſi victor cõueniat actores actiõe iudicati. argu. ff. de doli excep. l. ſi procu. in prin. & l. ſi pretor. ff. de iudi. & ſententia ex preuaricatiõe aduocati lata nullius eſt momẽti. l. j. C. de aduo. diuerſo. iudi. Sed diſtinguendum eſt cũ quo colluſionẽ fecerit autor lau. nã ſi colluſerit/ & voluerit vti dẽfenſionibus ſuis/ ſnia tenebit: cum etiam ſi aduocati minoris preuaricati ſint/ ſnia tenet: qꝛ opus eſt interere. vt. ff. de mino. l. minor ante. ꝙ ſi falſas allegationes admiſerit non tenebit.

a ℭ Reddat. Debet igit poſſeſſio ancille manere penes emptorem: qꝛ reddito ſibi precio/ venditor victus dꝫ ancillam recipere/ & proprio dño reddere: vnde videtur contra ꝙ equus petitus debet eſſe penes autorem lau. idem de ancilla. Sol. erat facile petitori rõnes ſuas oſtendere/ & ꝓbare ancillã ſuã/ ſicut ſi eſſet penes autorẽ lau. qꝛ actio in rem ambulat cum poſſeſſore: vt. C. de alie. iudi. mutã. cauſa facta. l. j. poſſidere itaqꝫ debet emptor vt habeat facultatem reſtituendi: alioqn ſi ancilla eſſet penes autorem lau. videtur grauari petitor/ ſi neceſſe haberet ducere teſtes per quos vellit probare ſuã eſſe ancillã ſrẽ ad emptores qꝫ forte longe diſtaret/ maxime cum teſtes nõ poſſint plene teſtificare ancillã ad petitorem pertinere: niſi eam viderint/ & cognoſcant: facit. l. ſi res intertiata. ſupra de rebus intertiatis. per quod manifeſte liquet ꝙ autor lau. recipere debet rem de qua laudatur: vel dic vt actor victus reddat precium quantum tulit: & accipiat ancillã. ſ. plenarie/ vt emptor deſinat poſſidere/ & reddat eã proprio domino: nam cum antea accepiſſet ancillam non plene/ niſi quantum ad exitum iudicij: modo reddito precio videtur plene accepiſſe/ vt poſſit reſtituere inuito emptore.

b ℭ Matrem. Videtur ſtare nõ poſſe/ nam cum iudicatum ſit ancillam ad petitorem pertinere: ergo filij eius ſunt ſerui/ cuius mater eſt ancilla: &

alij ancille non ſunt ſerui em/
ptoris: qꝛ partus ancillarū nō
eſt in fructu: vt inſti. de rerum
diuiſ. §. in pecudū. ꝛ ideo bone
fidei emptoris fructus nō eſt.

Quomō/
ergo au
tor lau.
compara
bit eos
ab em//
ptore cu
ius facti
nō ſunt?
Reſpon.
nō eſt ve
re cōpa/
ratio / ſꝫ
preſtatur
pro his
extimatio/ ꝛ videntur quaſi cō
parati.

ad curtem regis ceciderit nulla ſit repetitio [a]; ſic ta/ men vt det ſacra mentum ꝙ ab il/ lo cōparaſſet cu/ ius res ad curteꝫ regis ꝑuenerit. [b]

Rex Liudpran/ dus. lex. ij.

Si quis [c] aliꝗ homi qualē/ cunqꝫ rem dona nerit: ꝛ lānechild ſuſceperit: ꝛ poſt ea eam defende/ re minime potue rit: tunc aliam ta lem rem qualem donauit ✠ qualis

✠ No. do/
natorē te/
neri de eui
ctione. de
quo in .l.
ariſto. ff. de
dona.

empta non ſit/ non dꝫ rem alie
nam inuito dn̄o retinere: ꝛ cuꝫ
poſſit ancilla his caſibus ven/
dicari a rege / poſſeſſor ancille
ꝯuentus exceptionem habet ſi
ab eo cō/
parauit/
cuiꝰ bona
ad manū
regis ꝑue
nerūt: qꝺ
verū vt
impedia
tur vēdi/
catio pe/
titoris oc
caſione
curtis re
gis/ quā/
do dānū
eſſet paſſura. d. l. ſi quis ſine he
rede. ſecus ſi ille cui ſucceſſit
curtis regia ab alio emerit: qꝛ
damnuꝫ non patitur ſi laudat
autorem iure hereditario: quia
ſucceſſit venditori/ cum ipſa poſ
ſit ſuum autorem laudare/ qui
laudatus ſi defendere non po/
terit/ ad eū pertinebit incōmo/
dum/ non ad curtē regis: qꝛ re
cuperat quātum ei abeſt ꝓpter
ancille euictionē: ꝛ ita procedit
qꝺ hic habetur/ vt ceſſet vendi
catio petitoris/ qn̄ curtis regia
paſſura erat dānum: ceterū be
ne pōt ipſa laudari in autricē
vbi ipſa ſuum habeat autorē: ꝛ
ſi quidē aliud dixerit/ iam non
ꝯſuluit curti regie que nullū eſ
ſet damnum paſſura hoc caſu:
ſed cōſuletur autori vltimo ad
quem res/ ꝛ incōmodum perti
net/ vt dictū eſt. Cur autem ceſ
ſet vendicatio ancille a poſſeſſo
re occaſione curtis regie / cur
etiā ab ipſa curte regia vendi/
caretur ancilla ſi eam poſſideret
pic vt in ſimili: nam ſi quis ma

a ❡ Repetitio. ſ. vt ſi vendiderit
ancillam qui ſine herede deceſ
ſit/ ꝛ veniat certus homo qui
ſuam dicat/ non cogatur emptor
reſpondere/ ꝛ autorē laudare.

b ❡ Peruenerit. Ut. ſ. de ſuc. l.
ſi quis ſine herede: nam cū em
ptor iuret ſe ab eo comparaſſe
cuius bona ſi. ad curtem regis
peruenerunt/ iurat vt repetitio
precij ceſſat a rege/ ꝛ in preiu/
dicium ſuum/ ſed ideo iurat/ vt
habeat exceptionem contra pe
titorem/ nec petitor ab eo ven
dicet ancillam: ꝛ ſic debet ceſſa
re repetitio agentis. Sed mirū
cur ceſſat repetitio ab emptore
occaſione regis/ cum ſi ipſe rex
poſſideret ancillam / non eſſet
falſum dicere/ vt quis rem ſuā
a rege vendicaret: nam rex re/
ſtituendo ancillaꝫ proprio dn̄o
nil amittit: ſed ſi ille cui rex ſuc
ceſſit rē illam amittit/ vꝫ ꝙ an/
cilla poſſit a rege vendicare: qꝛ
pōt laudare autorem. Si vero

in illa die[a] inuenitur eſſe reddat cui donauit: & amplius non calumnietur: & ſi de colludio pulſatꝰ fuerit ſatiſfaciat ad euangelia ꝙ nullum colludium cum alio homine de ea re factum habeat: & ſit abſolutꝰ a culpa. Sic tamen vt ſupraſcriptaȝ rē conſimilem reddat cui donauit.

Idem. lex.iij.

Si quis cōmutauerit terram[b]: aruuȝ:

ſuam pecuniam det regi/ poterit ab eo petere/ ſecus ſi ei dederit/ cui rex ſuceſſit.d.l.ſiquis ſine here. quod licet ſit contra rationem/ ita tamen eſt lex ſcripta: vt in ſimili. ff. qui & a quibus. lege pro ſperit.

c ¶ Siqs. Notādū ꝙ donatio alia vniuerſitatis / alia rei ſingularis: prima non deſiderat lannnechild: quę ſecū portat onera & credita/ vt heredis inſtitutio: ideo ſi res euincatur/ de euictio. non cogitur: quia titulus donatio. gratuitus eſt / & nihil donatario abeſt/ & non prebet actionem de euictio. donatario: & q: res euicta/ aut fuit donatoris/ aut aliena/ ſi aliena/ non continetur in dona. vniuerſitatis/ cum ſua tantum donare intelligitur: merito non habet regreſſum contra donatorem: ſi autem donatoris/ iniuria facta fuit poſſeſſori/ vnde non aget de euictione: vt.ff.eodem. lege ſi in prudentia. & C.eodem. lege prima. Donatio vero rei ſing. deſiderat lanne. quod ſi preſtitum fuerit/ procedit lex iſta: quia abeſt donatario ſerquiſdum ad ſimilitudinem emptoris cui abeſt precium. Si autem verum lanne. preſtitum nō fuerit/ ſed imaginarium: tūc quia nihil abeſt donatario / nihil ei preſtabit: quod etiam in venditione dici poteſt: vt ſi ante ſolutionem precij res vēdita fuerit euicta / non tenetur venditor de euictio. legis ſuſa.§. offerri. ff. de actio. emp. verum ſi ſciens donator rē alienā donet/ licet non ſit ſecurum lannechild ſi donatarius in re donata fecerit ſumptus / agit de dolo propter ſumptus / ſi res fuerit euicta. l. ariſto.§.fin.ff. de donationibus.

a ¶ In illa die. Scilicet donationis facte/ vel/ id eſt euictionis: vnde ſi res donata & euicta fuerit remeliorata/ ſimilis debet reddi qualis fuit die euictionis: quia forte donator reſtituet lannechild/ & preſtabit damnum remeliorationis ad inſtar legis ſequentis. vbi ſi res commutata fuerit euicta/ debet commutator recipere rem quam dederat / & preſtare damnum paſſum propter edificium: vt ſupra eodem lege prima ibi quanticunque ſint filij &c.

b ¶ Siquis. terram. Hoc nomen generale eſt / & continet predia ruſtica / & vrbana: ſed

dic terram.ſ.aream / que dicitur pꝛedium vꝛbanum/⁊ eſt locus inedificatus in vꝛbe: vt.ff. de verboꝛum ſignificatione .l. nomine.aruum.ſ.pꝛedium ruſticanū.

vel pꝛatum: aut ſiluam: ⁊ ibi laboꝛauerit: ⁊ edificiū fecerit: aut clauſuram: aut vineas poſuerit: ⁊ poſtea ſurrexerit certus homo: qui ipſum locum ſuum faciat[a]: ⁊ ille qui dedit minime potuerit defendere eum[b]: recipiat res ſuas: quas dedit[c]: ⁊ inſuper ipſum dānum reſtituat ei: quantum appꝛeciatum[d] fuerit: ꝙ ibi poſtea laborauit ⁊ edificauit ſed ⁊ de comparatione ita ſtatuimus ſicut de commutatione: hoc autez de his cau

a Suuz faciat.ſcʒ.ſ. poſſeſſoꝛ laudabit auctorem ſuuz ante litez conteſtatam/⁊ in eum trāſfert iudicium: ſed non ſic in rebus mobilibus ⁊ immobilibus: nā de mobilibus cogitur ire vſqȝ ad tertium garrentem/vel vſqȝ ad tertium comitatum vult non procedere: vt.§.de rebus inter. in rebus immobilibus / vbi actoꝛ ſequi debet foꝛum rei/nec poterit allegare pꝛiuilegium ſui iudicij: vt ff. de iudicijs.l.venditoꝛ.⁊.C. vbi in rem actio.l.in rem. Item vltimus auctoꝛ poterit laudari: quia tantum de rebus immobilibus pꝛohibetur laudatio vſqȝ ad tertium garrentem.

b Defendere. Nota ꝙ transfertur iudicium in auctoꝛem laudatum.

c Quas dedit.ſ. vt ſum pro iudicio recipiat res a poſſeſſoꝛe: nō autem transfertur poſſeſſio rei immobilis in auctoꝛem laudatum/ſicut mobilis/lʒ transferatur iudicium in eum.

c Appꝛeciatum. Hoc eſt/ ꝙ ſi poſſeſſoꝛ expendit centum in re edificata/non tamen melioꝛata/ ꝙ ſi melioꝛata/non reſtituitur poſſeſſoꝛi/niſi quatenus expēdit: vt ff. de rei vendicatione. l. in fundo. ſed quare auctoꝛ laudatus non reſtituet pꝛecium remelioꝛationis: vt inſtit. de rerum diuiſione. §. cum in ſuo. Reſpondeo/ quādo poſſeſſoꝛ bone fidei conuenitur/⁊ fertur ꝯtra eum ſententia pꝛincipaliter/tunc habet exceptionem doli mali/niſi reſtituantur expenſe/vt ibi: hic ēo non fertur ſententia contra bone fidei poſſeſſoꝛeʒ/ſed contra actorem/qui ſumptus non fecerat/ lʒ poſſeſſoꝛ intelligatur victus auctoꝛe laudato: vel ideo auctoꝛ laudatus dʒ pꝛeſtare ſumptus remelioꝛationis: qꝛ foꝛte mala fide vendiderat/vel condemnatus non poſſidebat: nihil autem intereſt actoꝛis ſi cōſequitur ſumptus remelioꝛa. a venditoꝛe / ſiue ab emptoꝛe: ⁊ lʒ poſſeſſoꝛ eſſet condemnatus / exceptionem habet doli mali / niſi reſtituentur expenſe / exceptio tamen non retrotrahitur ad auctoꝛem lauda

ſis diximus vn/ de chartas[a] com mutationis: aut venditionis in/ ter ſe non faciũt: nam vnde char/ tulas faciunt & oſtendunt: ſic dz eſſe: ſicut in ipſis cartulis legitur[b].

tum. argumento.l.ſi a te.§.ſi. ff.de re iudi.

a ¶Chartas. Quid ſi origina/ lia inſtrumenta oſtendi nõ poſ ſunt / vt quia deperdita / vel combu/ ſta? Re/ſpondeo ſi ſceda / (que ab/ breuiatu ra dici/ tur) ſcri/ pta eſt / poteſt notarius inſtrumẽtum ſcribere / & erit idem cum pri/ mo argumento.§.ſed & vnum. inſtitu. de teſtamentis. Item quid ſi inſtrumentum / vel alia ſcriptura auctentica preſenta/ ta ſit iudici & notario / & fideli/ ter exemplata cum ſubſcriptio ne iudicis & notarij / an pro/ bet ſicut prima? Videtur q nõ quia originalia ſunt oſtenden da/non exempla / vt probent. auten. ſiquis in aliquo. C.de edendo. puto tamen q hoc exemplũ ſit auctenticum quo ad probandum factum con/ tentum in originali / & quo ad probandum tenorem ſui ori/ ginalis/qui probari poteſt per plures qui viderint & legerint. argumen.l.iniquum.C.de fide inſtrumẽ.vbi ſolutio poteſt pro bari per exemplum apoche ſub ſcriptum a debitore.arg.l.cyro graphis.ff.de admi.tut.& arg. §.j.in auc.vt ſta.ſi.

b ¶Legitur.Hic not.ſm quoſ/ dam/q omnino ſtandum eſt inſtrumentis publicis/quibus non poteſt per teſtes deroga/ ri.& no.S.de deb.& gua.l.ſiqs ammodo.quod verum eſt: ſed ex hac.l.non poteſt hoc nota/ ri/ſed intellige q contrahentes

aliquando promittunt euictio nem in duplum/aliquando re/ nunciant/& non curant vt pro mittant euictionem. q. d.S.de cta obtinent q pactio ſeruetur inter con trahẽtes re euicta ſtari de/ bet pa/ cto. l.j. ff.de pac. Sciendũ eſt / q in ſuperioribus legibus tempus euictionis inſpicitur/qz vendi tor debet preſtare precium re/ melioratiõis rei. arg.l.j.S.e. ibi/quanticunq ſint ſilij &c. & arg.l.j.S.de dona.ibi/qualis in illa die &c.ſi autez facta ſit res deterior tempore euictionis ſi/ non minus debet reddi preci/ um quanti res eſt empta:vt.S. eo.l.j.qz precium abeſt empto ri: Item ſi res commutata fa/ cta ſit deterior/non minus de/ bet reſtitui res data in commu tatione: qz per leges iſtas in/ ſpicitur tempus euictionis vt reſtituatur remelioratio. Item tempus contractus vt reſtitua tur contrahenti quantum ei abeſt inſpecto tempore contra ctus/& hoc/ſi nihil inter contra hentes cautum ſit:nam ſi pmit tatur euictio/& agat emptor ex ſtipulatu/inſpicitur tempus cõ tractus/q̃ñ cũq res ſit effecta deterior.l.ſi ex multis.ff.e. vbi ſi mille iugera vẽdita ſint &.cc. flumen abſtulit/&.dccc. empta ſint /aget de euic.pro.cc. ſi aũt res effecta ſit deterior/inſpicit preciũ rei:vt.ff.e.l.in euicta re. Itẽ tpe diuiſionis iſpicit in re/ bus diuiſis/qz ſi effecta melior melioratio dz reſtitui.

¶ De ſanctimonialibus.
Titulus.xxxvi.

Rex Liudprā. Lex prima.

DE his feminis que
velamen religionis
in ſe recipiunt: aut a paren
tibus ſuis deo vouentur:
aut ipſe elegerunt religio/
nis habitum: aut veſtem
monachicam induere vi/
dētur ꝗꝗ̄ a ſacerdote cō/
ſecrate non ſint: ſic nobis
iuſtum apparuit eſſe pro
dei amore vt in ipſo habi/
tu in oībus ꝑſeuerent: nec
ſit excuſatio malis homi/
nibus ✠ ꝙ ꝯſecrate non
ſint: ⁊ ideo ſi copulant̄ cul
pam non habeant: ſed vt
ſupra premiſimus: que ta/
le ſignum ſuꝑ ſe habeāt. ſ.
velamen: vel veſtem ſancte
dei genitricis Marie quo
cunqꝫ ingenio in ſe ſuſcipi
unt: poſtea ad ſecularez vi
tam: vel habitum tranſire
nullatenus preſumant: qꝛ
ꝯſiderare dꝫ omnis chri/
ſtianus ꝙ ſi quiſcunqꝫ ſe/
cularis homo parētem no
ſtram ſecularem ſpōſat ✠
cum ſolo annulo eam ſub/
arrat ⁊ ſuam facit: ⁊ ſi po/
ſtea aliam vxorem duxerit
culpabilis inuenitur ſoli/
dor quingentorum: quan
tomagis debet cauſa dei ⁊
ſancte Marie amplior eſ/
ſe: vt que ipſum velamen
vel habitum in ſe ſuſcipi/
unt: in eodem debeant per
manere: ſiqua vero femina
contra hoc qđ noſtra inſti
tuit excellentia egerit: aut
marito ſe copulauerit: per
dat omnem ſubſtantiam
ſuam: ⁊ deueniat ipſa ſub/
ſtātia in poteſtate palatij:
de perſona vero eiuſdem fe/
mine que tale malum cō/
miſerit iudicet rex qui pro
tempore fuerit qualiter il/
li placuerit: aut in mona/
ſterio mittendo: aut quali/
ter ſm deum melius ꝓui/
derit: ſimili modo ⁊ de vi/
ctu ⁊ veſtimento ipſe prin
ceps ordinet qualiter illi
placuerit: ſi autē ille in cu
ius mundio talis femina
eſt conſentiēs fuerit in ſu/
praſcripto malo ⁊ proba/
tum fuerit: componat gui
drigild ſuum: ⁊ ille q eam
tollere preſumpſerit com/
ponatur in palatio regis
ſolidos ſexcētum: ſi autem
mundualdus ipſius femi
ne in ipſo malo ꝯſentiens
non fuerit medietatem de
ipſius ſexcētum ſolidis ac

✠ Que mala e delicta ex pctō cū moniali ꝑpetrato orīunt̄. vid̄ te xtū i. c. vgi nib⁹. e ibi gl. xxvij. q. j. ⁊. d. cāꝫ ⁊ q. vide ad hunc tī.

✠ No. ar. de mrīmonio carnali ad ſpūale. c. inter corpalia. ꝫ trā ſ. epiſco.

cipiat ipſe: ⁊ rex medietatem: qui autem talem feminam rapuerit componat ſolidos mille: ⁊ precedat cauſa dei ſolidos centum: quoniam de raptu ſecularis femine compoſitio nongentorum ſolidorū: in edicto legitur: ipſa ħo que nunc ſeruauit eā cauſam que ſupra legitur: ⁊ malo ſupradicto conſenſerit pene ſupraſcipte ſubiaceat.

Idem. lex.ij.

Religioſa femina que veſtem ⁊ habitū ſancte religionis in ſe ſuſceperit: ⁊ ſi contigerit ex peccato vt adulterium voluntarie committat: quicūq ipſam ſanctimonialem feminam adulterauit componat ſolidis ducentum: quia de ſecularibus feminis edictum ptinet vt componatur pro adulterio ſolidis centum: ⁊ nos proſperimus veram eſſe iuſtitiam vt dei omnipotentis cauſa ⁊ ſancte eius Genitricis Marie: cuius veſtem ſuſcepit duplicentur: de pecunia autem eiuſdem religioſe femine que (qd abſit) voluntarie adulterium perpetrauit: ſic fiat ſicut iam antea de religioſis feminis ſtatuimus que ſe marito copulauerint.

Idem. lex.iij.

Si quicunq homo liber ancillā ſuam ꝓ religionis ⁊ munditie cauſa veſtem religioſā induerit vt ei (ſicut conſuetudo terre illius eſt) ad offerendam oblationem per loca ſanctorum debeat portare: ⁊ contigerit ex peccatis vt quiſpiam homo eā ad vxorem ducat vbicunq inuenti fuerint ſeparentur: ⁊ componat ipſe qui eam tulit vxorem domino eius ſolidos quadraginta ⁊ illa reuertatur in priſtinum ſtatum: qd ſi aliquis eam (quod abſit) adulterauerit ſimili modo componatur domino ſolidis quadraginta: quia anterius edictum de gentili ancilla adulterata viginti ſolidis continet: vt componantur de dei ancilla qd iuſtum eſt: vt compoſitio duplicetur: verumtamen ſic ſtatuimus vt ſi probata fuerit cauſa.i. preſbyterum: aut alterum clericū quomodo ipſa veſte reli

No. ꝯtra. in alio dido ꝓ ingreſſu religionis eſſe ſuāda. ḋ i.c. nō ſatis ⁊.c. mas. ⁊.c. ad aplicā ⁊.c. mat.

a ¶ Siqua. No. ex hac. l. ꝙ bona patris ſtrictius debent filio ꝙ bona matris/ cum non poſſet pater tertiam bonorum filio auferre/ quia caderet in nomen exheredationis: nam ſi filios habeat non poſſet vltra quartam monaſterio conferre. Item bona matris ſtrictius debent filie ꝙ patris: nam cogitur mater ſuare ſilie partes duas/ pater autem tertiam/ et ſi plures habeat/ medietatem: vt. ſ. de his q pa. ſi. ne. ha. reli. l. ij. nacha eſt/ ſub mundio eſt: vt. ſ. e. l. j. ibi/ ſi ille in cuius mundio eſt ec. nam habitus nõ facit monachum ſ3 monaſterium ingreſſus. auc. ingreſſi. C. de epiſco. et cle.

gioſa induta eſt: vt non fiat alicui homini calumnia pro figmento: ſed pro certa veritate: et dum probatio vera facta fuerit: ſic ipſa compoſitio fieri debeat.

Idem. lex. iiij.

Siqua[a] mulier religionis velamen induta fuerit obſeruatis omnib[9] qualiter in ſuperiori capitulo affixa ſunt. et monaſterium intrare voluerit: ſi filios: aut filias habuerit in quorum mundio[b] eſſe inueniatur cum tertia portione de proprijs ſuis rebus intret in moñaſterio: et poſt obitum eius remaneat in ipſo monaſterio vbi ipſa intrauerit: ſi vero filios: aut filias non habuerit cum medio de rebus ſuis intret et poſt eius deceſſum remaneat ipſa medietas in poteſtate monaſterij: nam ſi in domo remanſerit[c] poteſtatem habeat de rebus ſuis iudicare pro anima ſua vbi voluerit in tertiam partem: due vero portiones ex rebus eius: ſint in poteſtate eius ad quem mundium[d]

b ¶ Inueniat. ad filios tamen refert: nam ſi filie cum ſint ſub mundio et egeant mundualdo/ non tamen poſſent dicere matrem ſub mundio: ſi vero filijs et filiab[9] careat/ cum medietate rerum ſuarum in monaſterium ingredi poterit/ reliqua medietas remanebit in poteſtate mundualdi.

c ¶ Remanſerit. q. d. ſi induta ſit religionis velamine: ſi tamen adhuc mo

d ¶ Ad quem mundium. i. in poteſtate mundual. quod ſupra precedit ſi mulier non aſſumat religionis velamen/ vt pro anima poſſit tertiam iudicare/ ſuito mundualdo: et dic duas partes pertinere ad mundualdum ſi mulier patre et ſorore/ et fratrib[9] careret: nam iſte mundualdum excludunt. l. ſi ſorores. ſ. de ſucc. ſi autem mundualdus impedit monaſterium vbi mulier filijs careret/ quia careret ſu cum ſola medietate intrare poſſet non tamen impedit ad ſuum cõmodum/ ſ3 ad cõmodum perſonarum que mundualdum excludunt: ſic iure ro. quod autem dixi vt nõ poſſit mulier ſine auctoritate mundualdi alienare: et

de ea pertinet.

Imperator Lotharius. lex.v.

De sancti/moniali femina statuimus vt si adulterium fecerit: ⁊ inuentum fuerit: res quas habeat in fisco nostro socientur: persona ꝓo eius sit in potestate episcopi in cuius parrochia est vt in monasterio mittatur.

Idem. lex.vi.

Statuimus vt si femina que vestem habeat mutatã me cha ꝯprehēsa fuerit non tradatur genitio sicut vsq; modo: ne forte q̄ prius cum vno: postmoduꝫ cum pluribus locum habeat mechandi: sed eius possessio fisco rediga tur: ⁊ ep̄i ipsa sub iaceat iudicio.

¶ De ariolis. Titulus. xxxvij.

Rex Liudprandus. Lex prima.

Si quis timoris dei immemor ad ariolos: vel ad ariolas pro aruspicibus: aut qualibuscunq; responsis accipiendis ambulauerit: componatur in sacro palatio: medietas precij sui sicut appreciatus fuerit: tanq̄ȝ si eum aliquis occidisset: ⁊ insuper agat penitentiam ꝺm canonuꝫ instituta: simili modo ⁊ q̄ ad arborem quã Rustici sanctum vocant: atq; ad fontanas adorauerit: aut sacrilegium: vel incantationem fecerit: vel similiter: medietateꝫ precij sui componat in sacro palatio: ⁊ si quiscunq; sciens ariolum: vel ario

Dex quo ad alienationeȝ in seruiuos nam iudicare ꝑ aia ⁊ vt i mo nasteriuȝ intret poterit aliena re: ⁊ hec ꝑcedūt in vidua / vel ꝟgine / nō in ꝯiugata / q̄ non pōt inuito marito in monasteriuȝ ingredi / vt ille in xito mundualdo. Item ꝑcedūt mundualdo ꝑ sente / vel abſēte / ⁊ nō certiorato / q̄ si certiorē / ⁊ denegēt volūtateȝ suaȝ / indignus est hic duas ptes / vel medietatē de substātia mulieris: vt ff. si quis alteri ⁊c. probi. ꝑ totū / immo ex hec

causa mū dium am mittit.

lam:⁊ non eas manifeſta/uerit:aut ipſos celauerit q ad ipſos ariolos: aut ariolas vadunt: ⁊ nō manifeſtauerit pene ſubiaceat.qđ autem ſeruum ſuum: aut ancillam ad ipſos ariolos aut ariolas ad aliqua reſponſa ab eis accipienda tranſmiſerit: ⁊ probatum fuerit penam compo. ſi vero ſeruus: aut ancilla ſine voluntate dominorū ſuorum:⁊ tantum ſua autoritate ad ariolum:aut ariolam ambulauerit:ſimiliter ad aliqua reſponſa accipienda: tunc dominus eorū venundare eos debeat foris prouinciam:⁊ ſi neglexerit dominus eorum hoc facere: ſupraſcripte pene ſubiaceat.

Idem. lex.ij.

Si qs iudex:aut ſculdais: aut ſaltarius: vel decanus de loco vbi arioli:aut ariole fuerint neglexerit ammodo itra tres menſes eos inquirere ⁊ inuenire: ⁊ per alios homines inuenti fuerint:tūc compo.vnuſquiſq; de loco medium precij ſui ſicut ſupra lex eſt: ⁊ ſi manifeſtum fuerit ꝙ aut iudex:aut ſculdais:⁊ ſaltarius:aut decanus vbi ipſi arioli: aut ariole ſunt:⁊ eos non cōdemnauerit: aut premiuȝ tulerit: aut quaſi cauſa pietatis: vel pro qualicunq; ingenio abſoluerit: integrum guidrigild ſuum in palatio compo.nam ſi per iudicem inquiſiti fuerint: ⁊ ſi ne notitia ſculdais: tūc habeat ipſe iudex poteſtatem foris prouinciam eos vendendi: ⁊ precium ſubſtulēdi atq; habendi: nā ſi per ſculdaem inuenti fuerint medi. de ipſo precio tollat iudex medi.ſculdais: ⁊ ſi decanus: aut ſaltarius ipſos ariolos: aut ariolas: vel ſupraſcriptos facrilegos iuenerit:⁊ ſculdai ſuo manifeſtauerit: tunc tertiā partem ipſe ſaltarius: aut decanus de ipſo precio per quem inuēti fuerint habeat ſibi: ⁊ duas partes tollat ipſe ſculdais:⁊ inſuper ꝓſpeximus vt vnuſquiſq; iudex: ⁊ ſculdais mittere faciat preconem: vt qnicūque modo nō faciat:aut ſi ammodo non fecerit non vadant venales:nam poſt ipſum preconē in talibus operibus malis inuēti fuerint:

rint:pene ſubiaceant:ꝛ ita volumus:vt vnuſquiſq̄ ſcul daie:aut ſaltarius atq̄ de canus iurare debeat iudici ſuo ad ſancta dei euangelia:q2 iuſtum eſt: vt ouz in noſtra cauſa nullum neglectum ponere non preſumát:nec nobis celare ✠ qui circa nos agūt:aut cōſiliantur quantomagis nō debent neglectum in cauſa ponere que amplius eſt inquirenda.

¶ De reuerentia eccleſie: ſeu immunitatibus debita:als de his qui ad eccleſiam ꝯfugiūt. Ti.rrrviij.

Rex Liudprandus.

Lex Prima.

SI cuiuſcūq̄ ſeruus: aut ancilla: aldius: vel aldia in eccleſia dei con fugiū fecerit: ꝛ dominus: vel patronus eorum: aut per miſſum ſuum: aut per ſe exinde violenter traxerit compo. guidrigild ſuū in ſupraſcripta baſilica: ꝛ ſi ſeruus: vel aldius ſine voluntate domini ſui hoc malum fecerit det ipſum ſeruum:vel aldionem pro ipſo malo in manu cuſtodis ipſius baſilice: ꝛ ipſe dominus: vel patronus ſatiſfaciat:ꝙ per ipſius voluntatem hoc factum non fuiſſet: ꝛ ipſe guidrigild non compo.

Imperator Carolus.

Lex Secunda.

UT homicide ꝛ rei ceteri qui legibus mori debent ſi ad eccleſiaz dei confugiunt non excutiantur: neque eis ibidem victus detur.

Idem. Lex.iij.

UT latrones illos de infra immunitatez iudices ꝛ aduocati ad comitum placita quando eis annunciatum fuerit preſentent:ꝛ ſi dixerint ꝙ ipſos latrones pſentare nō potuiſſent iurare debēt ꝙ illos preſentare non potuiſſent poſtq̄ eis denunciatum fuerit:nec pro vlla iuſtitia dilatanda illis latronibus fugere cōſenſerint: nec pro cauſa dilationis de illorum poteſtate: vel de ſuorum miniſterio latrones iactaſſent: ꝛ hoc iuret vt per ſuorum voluntatez ſi potuerint ipſos latrones preſentare debeat ad iuſtitiam faciendaz: ꝛ qui hoc

✠ No. nihil celandū eſſe principi. de q̄ ſ c. quanto. de iureiu. ꝛ per Pari. de puteo in tracta. ſindi. ti. ō exceſ. conſi. ꝛ dixi de autorita. mag. con. in. ꝗ. addi.

non fecerint beneficium: ꝛ honorem perdant: ſimiliter ꝛ ſi baſſi noſtri hoc nō adimpleuerit beneficium: ꝛ honorem perdant: ꝛ qui beneficium noſtrum non habuerit bannum noſtrū ſoluat.

Idem. lex. iiij.

Uide. xvj. q. iiij. c. ſiquis. ꝛ c. inter alia. ex. c. ſi eo. ti. ꝛ. l. ij. C. eod. ꝑ que ſura ħ lex non habet ꝑcum.

SI quis in immunitate damnum aliquod fecerit. dc. ſol. compo. ſi autem homo furtum: aut homicidiū: vel quodlibet crimen foris committens: ꝛ infra immunitatem fugerit: mandet comes epiſcopo: vel abbati: vel vicecomiti: aut qui locum epiſcopi: vel abbatis tenuerit: vt reddat ei eum quod ſi ille epiſcopus: ſiue abbas: ſiue cuſtos contradixerit: ꝛ eū reddere noluerit in prima contradictione ſol. xv. culpabilis iudicetur. Si autē ad ſecundam requiſitionē eum reddere noluerit ſoli. xxx. culpabilis iudicetur. Si nec ad tertiam inquiſitionem cōſentire voluerit: quicquid reus damnuꝫ fecerit totum ille qui immunitatem eū retinet: nec reddere vult ſoluere cogatur: ꝙ ipſe comes vnicus habeat licentiam ipſum hominem infra immunitatem querendi vbicunque eum inuenire potuerit. Si autem ſtatim in prima inquiſitione comiti reſponſum fuerit ꝙ reus infra immunitatem quideꝫ fuiſſet: ſed fuga lapſus eſt: ſic ſtatim iuret: ſiue epiſcopus: ſiue abbas: ſiue cuſtos ꝙ ipſe eum ad iuſtitiam cuiuſlibet diffaciendaꝫ fugere nō feciſſet: ꝛ ſit ei in hoc ſatiſfactum. Si autem intrauerit in ipſam immunitatem comes collecta manu: ꝛ quilibet reſiſtere tentauerit: comes hoc factum ad regē vel ad principem deferat vbiꝗ iudicetur: vt ſicut ille qui in immunitate damnum fecerit. dc. ſol. componere debet: ita qui comiti collecta manu reſiſtere tentauerit: vel preſumpſerit. dc. ſol. culpabilis iudicet.

Imperator Ludouicus.

Lex Quinta.

SI quis ad eccleſiaꝫ dei confugerit intra atrium ipſius eccleſie pacem habeat: nec ſit neceſſe ei eccleſiam ingredi: ꝛ nullus eum per vim inde abſtrahere preſumat: ſed li-

ceat ei confiteri. ✠ q̄ fecit: ⁊ inde per manus bonorum hominū in diſcutione: in publicū perducat.

Idem. lex. vi.

Sanguinis effuſio in eccleſia facta cum furore ſi in preſbytero fuerit in triplo componatur due partes eidem preſbytero tertiam pro fredo ad eccleſiam: ⁊ inſuper bannū noſtrum cōpo. ſimiliter ⁊ de diacono iuxta compoſitionem eius in triplo componatur: ⁊ bannum noſtrū compo.

Idem. lex. vij.

De ſubdiaconibus ſimiliter ſm̄ ſuam cōpoſitionē in triplo perſolvat: de vnoquoq; ordine clericorum ſm̄ ſuam legē compoſitionem in triplū faciat: ⁊ bannum noſtrū compo. ſimiliter ⁊ de ictibus ſine ſanguinis effuſione de vnoquoq; ordine clericorum ſm̄ ſuam compoſitionem cum triplo componatur: ⁊ bannum noſtrum: ⁊ qui non h̄z vnde ad eccleſiam perſolvat tradat ſe in ſeruitio eiuſdē eccleſie vſq; dum totum debitum perſolvat.

Idem. lex. viij.

Volumus vt omnibus modis immunitates pro iuſſione genitorum noſtrorum: ſeu nōſtra pleniter: ac iuſte obſeruentur.

✠ No. p̄ceſſum crīminale in eccleſia fieri poſſe de quo i. l. nemo martyrum. C. de ſacroſan. eccle. p Bal. ⁊ doc. moder.

¶ De ſcabinis: ⁊ cancellarijs. Titulus. xxxix.

Imperator Lotharius.

Lex Prima.

Vt cancellarij electi boni ⁊ veraces ✠ cartas publicas conſcribant ante comitem: ⁊ ſcabinos: ⁊ vicarios eius: ⁊ nullis modis hoc facere preſumat: de ſubſtātia autem qua legitimum preciū detur.

✠ No. notarios debere eē bonos/⁊ veraces. ſ. l. priori. ⁊ in auc. de tabe. ibi veritatē/⁊ ibi Ange. col. iiij.

Imperator Lotharius.

Lex Secunda.

De cācellarijs qui veraces electi ſunt ad homines infirmos veniāt: ⁊ ſm̄ legem inſtrumenta cartarum ſcribant: ⁊ teſtibus roborentur: ⁊ ſtatim cū ſcripta carta fuerit oſtēdatur ante epiſcopum: ⁊ comitem: ⁊ iudicem: vel vicarios: aut in plebe: vt veraces eſſe cognoſcantur.

Idem. lex iij.

Ut missi nostri vbicunq; malos scabinos inuenerint eyciant: et cum totius populi consensu in eorum loco bonos eligant: ꝛ cum electi fuerint iurare faciant: vt sciẽtes iniuste iudicare non habeant.

Not. sacramentum scabinoꝝ.

Idem. lex.iiij.

Ut in omni Comitatu hi qui meliores ꝛ veraces inueniri possunt eligãtur a missis nostris ad inquisitiones faciendas ꝛ rei veritatem dicendam: ꝛ adiutores Comituꝫ sint ad iustitiam faciendam.

Idem. lex.v.

Uolumus vt quicunq; de scabinis deprehensus fuerit qui propter munera: aut amicitiam: vel inimicitiam iniuste iudicasset: vt per fideiussorem missum: ad nostram presentiam venire compellatur: ꝛ ceteris omnibus scabinis denuncietur ne quis deinceps: etiam iustum iudicium vendere presumat.

Idem. lex vi.

Uolumus vt nullus cancellarius pro vno iudicio: aut scripto aliquid amplius accipere audeat nisi dimidiam libram argenti de maioribus scriptis: de minoribus autem intra dimidiam libram quãtum res assimilare possit ꝛ iudicibus rectum videtur: de orphanis autem vel ceteris pauperibus qui exoluere hoc nõ possunt in prouidentia Comitis

vt nequaquaȝ inde aliquid accipiant: notarij ✠ autem hoc iurare debent ꝙ nulluȝ ſcriptum falſum faciant: nec in occulto aliqđ ſcriptuȝ faciant: nec de vno Comitatu in alio ſcribāt niſi per licentiam ipſius Comitis: in cuius Comitatu ſtare debet: ſi vero neceſſitas in itinere aliqueȝ cōpellauerit. aut infirmitas grauis ſm capitulare genitoris noſtri faciant: ſi notarius aliter fecerit: illud quođ fecerit appareat inane ⱥ vacuum.

Qualiter iudices iudicare debeant: ⱥ ſi iudicare diſtulerint: quomodo puniantur: ⱥ quando actor forum rei ſequi debeat. Titulus.xl.

Rex Liudprandus. Lex prima.

Siquis cauſam habuerit: ⱥ ſculdaſio [a] ſuo eam adduxerit: ⱥ ipſe ſculdaſius iuſtitiam eius intra quatuor dies facere neglexerit: ſi ambo accuſatores eius de ſub vno ſculdaſio ſunt: tunc cōponat ei qui cauſam reclamauit ipſe ſculdaſius ſolidos ſex: ⱥ iudici ſuo ſimiliter [b] ſolidos ſex: ⱥ ſi forſitan ille ſuper quem reclamauerit: infirmus [c] eſt: aut propter vtilitatem [d] ſuam in aliam ciuitatem eſſe dino

a Siquis. ſculdaſio. idem de caſtaldio/ ⱥ loci prepoſito: vt.j. de offi.iud.l.de vniuerſali. cum enim quis habet cauſam/ primo ad caſtaldium ire debet/ poſtea/ ad alios/ ſm gradus dignitateȝ.

b Similiter. contra. ſ. de de. ⱥ gua. l. ſiqs liber hō. ſolu. illa ſm iſtam diſtinguit. ſ. ꝙ componat ſoli.xij. iudici ſex/ ⱥ ſex illi cuius cauſa eſt/ ſȝ ibi componit ſoli.xij. regi vel ibi/ non dilatabat facere iuſtitiaȝ reclamantis vt hic: ſed licētiaȝ pignorandi denegabat: aliđ eſt enim iuſtitiā dilatare/ aliud licentiam pignorandi nō dare.

c Infirmus.ſ.tali infirmitate/ ꝙ nullo modo poſſit in iudicium venire/ alioquin ſi per plateam ambulauerit/ non eſt expectandus: ⱥ tunc non debet ob hoc eius aduerſarius iuſtitiam ſuam amittere/ ſed per procuratorē cauſa eſt agitāda.

d Utilitateȝ. Nō vt iuſtitiam ſubterfugiat aut differat/ ⱥ eſt expectandus/ alſ aduerſarius eſt mittendus i poſſeſſioneȝ bonoruȝ eius per iudicem. l. ſiquis debitam. ſ. de debi. ⱥ gua digā. vt ſaltem tedio affectus veniat reſponſurus. l. pperādus. C. de iudi cijs. quicūꝙ enim petit/ creditor intelligitur

✠ No. taxā quā notarij ⱥ greſſarij ex iſtrumentis ⱥ pellibus habēt/ qꝛ metas i exigēdo eoꝝ ſalariū excedūt vt plurimū. c. ſtatutū. §. notarios. de reſcrip. li. vj. ⱥ p pari. de put. i trac. fin. in ſbo ſalariū. c. j. ⱥ tex. cum ſua gl. l. c. ſicut epm. j. q. ij.

ſcitur expectet eũ
dum reuertatur:
aut de infirmita/
te ſua conualue/
rit: ⁊ poſtq̃ȝ re/
uerſus fuerit: aut
de infirmitate cõ
ualuerit ſi infra
ſtatutos quatuor
dies minime euȝ
ad iuſtitiam di/
ſtrinxerit cõpo.
ip̃e ſculdaſius ſo
li.vi. ei cuius cau
ſa ẽ: ⁊ iudici ſuo
ſoli.vi. Si vero
talis cauſa fuerit
ꝙ ipſe ſculdaſius
deliberare mini/
me poſſit dirigat
ambas partes ad
iudicem ſuum: ⁊
ſi iudex eius cau/
ſam ipſam dilata
uerit: ⁊ intra ſex
dies inter eos p
legem non iudi/
cauerit compo. il
li qui reclamaue/
rit ſoli. xii. [a] ⁊ ſi
nec iudex delibe
rare potuerit: di/
rigat intra. xii. di
es ambas par/
tes in preſentia
regis: nam ſi ali/
ter. fecerit ipſe iu
dex: ⁊ intra. xii.
dies: vt dictuȝ eſt
iuſtitiaȝ ſuã non
inuenerit q pro/
clamauit: tũc cõ/
po. ipſe iudex ſo
li. xii. ⁊ regi ſit
culpabilis ſo. xx.

Rex Liudpran/
dus. lex. ii.

SI hoĩes [b]
de ſub vno
iudice ꝟ duobus
tamen ſculdaiis
cauſam habue/
rint ille qui pul/
ſat vadat cũ miſ
ſo: aut epiſtola de
ſuo ſculdaſio ad
illum alium ſcul
daem ſub quo ip
ſe eſt: cũ quo cau
ſaȝ habet: ⁊ ſi in
tra quatuor dies
minime iuſtitiaȝ
fecerit compo. il/
le ſculdaſius qui
diſtringere negle
xerit ei qui recla/
mauerit ſol. vi. ⁊
iudici ſoli. vi. ⁊ ſi
talis fuerit cau/
ſa quam delibe/
rare non poſſit: ⁊
dirigat eos intra

vel pro/
pter ſuaȝ
vtilitatẽ/
vel pp ne
ceſſitatẽ.
Si itaq̃
contra le
gem iudi
cat / aut
ſcienter /
aut igno
ranter: p̃/
mo caſu
locus erit
ꝟ. de ſe/
di. cõtra
iudi. le. l.
ſ. nõ huic
l. ſecũdo
caſu legi
ſiqs cau/
ſam. ĩ. c.

[a] Soli.
xii. Con/
tra. ꝟ. de
dam. in/
iur. l. v.
ſed ibi /
aut dila/
tat' / aut
dat licen
tiam di/
uertẽdi:
primo ca
ſu. xx. ſol.
regi ſȝ il
laȝ. ⁊. xii.
illi cuius
cauſa eſt
ſm hãc /
dummo/
do ita ꝗ
ſpatia di
latabat.
Secũdo
caſu cõ/
ponit ſo/

li. xii. tan
tuȝ regi/
⁊ damnũ
ei cuius
cauſa ẽ: ⁊
aliud eſt
enim di/
latare/ a/
liud licẽ/
tiam di/
uertendi
dare. Sci
enduȝ ꝙ
cum ho/
die non
ſint ſcul/
daſii/ ſed
iudices
ſpatia ꝗ
locũ ha/
bebunt.

[b] Si ho/
mines
idem qꝫ
ſuperior
diſponit
hec. l. ex/
cepto ꝙ
litigãtes
ſunt ſub
vno iudĩ
ce/ de di/
uerſis ta
men ſcul
daſiis.

a ¶ Si quis. Superiores.ll.loquuntur cum litigantes ſunt ſub vno iudice / vel ſculdaſio / vel ſub eodẽ iudice / ⁊ diuerſis ſculdaſijs / ⁊ eiuſdẽ ciuitatis: iſth autem cum ſint diuerſarũ ciuitatũ: ⁊ ideo magis componitur: quia magis labo rat.

b ¶ Uadat. Debet igitur actor ſequi forũ rei: forũ autẽ habere qs dicitur ratione domicilij / et hoc ẽ generaliſſimum: nã vbicũqȝ conueniatur qs ciuiliter / vel criminaliter / nõ poterit ĩ domicilio exceptionem fori opponere: re: vt.ff. de iudi.l.vbi. In delictis quidẽ ſi inueniatur in loco delicti / ibi conueniendus eſt: ſi vero alibi / mittẽdus eſt ad locũ cõmiſſi delicti: vt.ff. de actio. ⁊ ob.l.ſi cui.§.ſi. ⁊.ff. de nox.l.ſi. ⁊ i auct. vt nulli iu.§.ſi vo qs. In contractib⁹ vo vbi quis geſſit ad miniſtrationem / illic ẽ mittẽd⁹.l.j. C.de rõ. ⁊.j.eo.l.ſi. ſi vero ſit ſpẽalis cõtract⁹ minime.qd ẽ illis ꝗ domicilio carẽt ⁊ vagãt de ciuitate ĩ ciuitatẽ: ſi. actor iudi. meo ſeq oȝ forum loci vbi repit. Itẽ qd ſi conuentus eiȝ hẽat ꝯ acto.

ſex dies ad iudicem ſuum ſm anteriorem capitulum: nam ſi qualiter ſuperiori capitulo conſtitutum eſt: ſiue ſculdaius: ſiue iudex in omnibus non compleuerit compo, qualiter ſupra affixum eſt illi qui cauſam ſuam reclamauit ſol.vi.⁊ iudici ſuo ſol.vi. ⁊ iudex compo: illi cuius cã eſt ſo. xij.⁊ regi ſoli.xx.

Idem. lex.iij

Si quisª in alia ciuitate cauſam habuerit ſimiliter vadatᵇ cuȝ epiſtola de iudice ſuo ad iudicem qui in loco eſt: ⁊ ſi ipſe iudex ei iuſtitiaȝ infra octo dies minime fecerit ad diſtringendum: aut non compleuerit cõpo. illi qui cauſam ſuam reclamauerit ſol.xx.⁊ ſi talis cauſa fuerit qua deliberare minime poſſit ponat ꝯſtitũ: ⁊ diſtringat hoĩem illuȝ de ſua iudiciaria: ⁊ faciat intra xx.dies in preſentia regis venire: nam ſi aliter fecerit: ⁊ diſtringere neglexerit cõpo. ſicut ſupra ſcriptum eſt ſoli. xl. mediũ regi.⁊ medium ei q cãm ſuam reclamauit.

eſt ⁊ fox ſpẽale ratiõe ꝯctus / vel delicti.auc.qua in ꝓuincia.C. vbi de cri.agi opor. Item rõne poſſeſſionis vbi eſt ꝯſtituta: vt C.vbi de poſ.agi op. forũ quis facit ſibi ſi ceperit alicui rñdere, nõ qd actor q ẽ alteri⁹ fori / cogat illic rñdẽre: vtiqȝ de iure ro. vt.ff.ð iu.l.ij.§.lega. ⁊ auc.dẽ ſan.epi.§.ſiq.⁊.C.ð ſẽ.l.cũ pp. ⁊ auc.ꝯñr. Iure ãt lõ.nil cautũ ẽ. Beneuẽta.ãt ꝑ o iure: ruunt

Idem. lex. iiij.

SI quis cauſam habuerit: et ſculdaſis: aut iudex ei ſm edicti tenorē per legem iudicauerit: et ipſe ſtare in eodez iudicio minime voluerit cō po. illi cui iudicauit. ſol. xx. [a] naz de ea cauſa que per arbitrium iudicata fuerit: et ipſe ſibi non crediderit legem iudicaſſe: et ad regem clamauit non ſit culpabilis: et ſi iudex contra legez iudicauerit com po. ſoli. xl. [b] medi. regi: et medi. cuius cauſa fuerit: et ſi forſitā iudex cauſaz per arbitriuz iudicauerit: et iudiciū eius rectum non apparuerit non ſit culpabilis: niſi p̄beat ſacramentū regi q̄ iniquo animo: aut corruptus premio cauſam ipſam iudicaſſet: niſi ſic ei legem cōparuit eſſe et ſit abſolutus: nam ſi iurare nō preſumpſerit cō po. vt ſupra dictum eſt.

quod non multum diſplacet: tamen ſi cauſe coherētes ſint/ vt ſocietatis/vel tutele/ et pupillos agat directa tutele/tutor ſit contrarie/illic cogi debet. Idē in nego. geſ. actione/ et in cauſa proprietatis et poſ. qz coherentes ſunt: C. de iudi. l. nulli.

a ¶ Si qs. ſol. xx. nūquid iſta pena locum habet in qualibet iudicis ſententia vt ſi iudex preceperit alicui dare guadiā de iuſtitia facienda/ et litigator ſpreuerit? et plerunqz vidi non parentes iudici aſſici pena. xx. ſol.

b ¶ Soli. xl. Contra. S. de ſedi. contra iudi. leg. l. cognouimus vbi maior pena afficitur. Sol. ibi corruptus precio/vel gratia fuit iudex: hic autem per ignorantiam abſqz corruptela iudicauit: vel hic forte iudicauit vt arbiter: naz poteſt iudex eſſe arbiter: vt. ff. de arbitris. l. ſed et ſi quis. §. ſi qs iudex. Sed quo/

modo cognoſcitur vtrum vt iudex/an vt arbiter ſedeat? Rñ. ſi quidem iudex fecerit que in arbitrio fieri ſolent: qz paſſus eſt compromitti litigatoribus inuicem inter ſe penaz promittentibus/ preſumit arbitrium/ alioquin iudicium ordinarium: qd ſi iudex partes rogauerit/ vt inter ſe compromittant/ nunquid fieri poteſt? vtique/ naz non arbitrium/ ſed potius aſſumit partes compoſitoris vt q meliori iure fauetur/ meliorez reportet compoſitionem. arg. l. ſocietatem mecum. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Quid ſi litigator nō pareat interlocutorie/ vel diffinitiue? Reſpondeo ſiquidez appellauerit/ et doloſe ad regem proclamando/vel ad aliuz magiſtratum/ inculpabilis erit ſatiſfaciendo de dolo/ aut forte tenebitur in ſol. xv. vt. j. de his qui cau. iudi. l. j. Sed ibi venie/

bat contrarē iudica. ſine cauſa: q̄ ſi nec appellaue rit / nec pareret vo luerit / ꝓcedit q̄d dicitur ſ. de offi. iudi. l. de clamatoribus. licet iure Ro. qui iniuſte cōuincitur appellaſſe i. l. lib. auri te neat: vt C. quorū appel. nō reci. l. ab executore.

Idem. lex. v

Et hoc ſtatuimus: vt ſi de ſupraſcriptis capſis quomodo affiximus qualeſcunq; cauſe antea emerſerint: aut fcē ſunt in eo ordine finiantur: ⁊ remaneant ſicut anterior fuit conſuetudo: vel qualiter in antiquo edicti corpore continetur: ⁊ ammodo vero erunt. i. dei chalēdaꝝ Martium indictio. iiij. eueniente: vel fieri cōtigerit ſic terminetur: ⁊ finem accipiat: ſicut in preſenti pagina conſtitutum eſt: excepta muliere libera que ſeruū tulerit: ⁊ ſm anteriꝰ edictū condemnato eſt vbicunque inuenta fuerit: ſit ancilla palatij: ⁊ filij eius ſerui regis.

Imperator Ludouicus. Lex Sexta.

Si quis in aliena patria: vbi: vel propter beneficium: vel propter aliam quālibet occaſionē cōuerſari ſolet de qual bet cā fuerit īterpellatus vbi ſm ſuam legem iuſtitiam faciat: ⁊ cū talibus quales in eadē regione: vel prouincia ſecum habere potuerit iuratoribus legitimum ſacramentum iuret: excepto ſiqu s cū de ſtatu ſuo: vel hereditate quā ei pater ſuus moriens dereliquit appellauerit: de his duobus liceat ſacramentum in patria ſua. i. in legitimo loco iuſiurandum afferre: ⁊ is qui cū eo litigat ſequatur illum in patria ſua ad recipiendum illud ſacramentum: ⁊ ipſe prius in eodē loco vbi interpellatus eſt ſatiſfaciat tam comiti: ⁊ iudicibus q̄ꝫ ſuo aduerſario teſtes producendo ꝙ rem quam querit pater ſuus ei dem reliquit.

De ꝯſuetudine. Ti. xli.

Rex Liudprandus. Lex Prima.

